



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Amat religiosam indolem Polonorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

tus haud sine autoritatis pondere egit cum eo de religionis tutela. In certum etiam diem inuitatus ad latinè dicendum in perfrequenti, doctaq; concione ex Clero maxime, & Academicis, modeste, & grauiter, quæ visa è re sunt, pro religione disse-ruit approbatione magna. Nunc primum inclarescere Societatis nomen per Regnum Poloniæ coeptum est. Namq; Salmeron, qui quadriennio ante adierat, celeri tantū excursu ostenderat se se. Canisius & hæsit diutius, & publicum industriæ specimen multifariam edidit: aliaque, quæ protinus exequemur, orsus est. Qui Pontificium Nuntium sequens, Cracouia digressus Louitium ad Nicolaum Dziergouium Archiepiscopum Gnesensem, Regni Primatem venit iam decrepitum senem. Multa cum eo vltro citroq; collata, quæ ad instantia attinebant Comitiam. Societatem Archiepiscopus, vt in Poloniæ Regnum introduce- ret, acturum cum Rege vltro recepit: seq; ei Collegia duo, Gnesnè vnum, Posnaniæ alterum conditurum. Status religionis sane malo erat loco, & prolabebatur assidue in peiorem nihil non mouentibus nouorum sacrilegiorum Magistris. Ap-  
parebat tamen in populo religiosa indoles præ-

*Amat religia-  
sam indolem  
Polonorum.*

V

ser-

fertim in adeundis templis, perseverandoq; modeste diuino in sacrificio. Qua delectatus spec Pater, & necessitate commotus, ex facili in cupiditatem exarsit operam suam ei Regno, totum se penitus impendendi. Quam voluntatem celestibus etiam gaudiis Christus Dominus nutrebat; vt ille sic ad Lainium scribat. Gratias ago uinæ bonitati, quæ me licet inutilem hic sustinet & ita consolatur, vt pro huius Regni utilitate pa aliquid cupiam, atque etiam hic mori non recusem. Sed efficient preces ad Christum vestras, hæc qualiacunque desideria fructum afferant, suam aliquando maturitatem assequantur. Dominus Iesus ubiq; nos conseruet, & prosperet nostras in gloriam suam. Amen. Porrò messis berrimæ, quæ deinde toto Poloniæ Regno, per Societatem Iesu, Deo aspirante, maturuit, haud temere suspicari fas est hæc tum verba, tum uoluntatem Canisij & semen aliquod, & Oraculum præiussisse. Louicio Petricouiam ventum est Comitum sedem. Canisius ante omnia ad placandum Deum, propitiandumq; instanti conuentui uel sacra cura, tametsi multas ad eam rem ante preces multa sacrificia, vti solenne habebat semper, à te

*Zeus anima-  
r. 1110.*

*Precandi Dei  
industria.*